Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



est istud & est mirabile in oculis nris. Hec
est dies quam fecit dns exultemus & lętemur
in ea. O dne saluum me fac o dne pro
spare benedictus qui uenturus es in nomi
ne dni. Benediximus uobis de domo dni
deus dns & illuxit nobis. Constituite diē
sollempnem in condensis usq; ad cornu
altaris. Deus mus es tu & confitebor tibi deus
meus es tu & exaltabo te. Confitebor tibi
quoniam exaudisti me & factus es mihi in sa
lutem. Confitemini dno quō bonus quō
in seculum misericordia eius.

Beati immaculati in uia qui ambulant
in lege dni. Beati qui scrutantur tes
timonia eius in toto corde exquirunt
eum. Non enim qui operantur iniquitatem
in uiis eius ambulauerunt. Tu mandasti
mandata tua custodiri nimis. Vtinam di
rigantur uie mee ad custodiendas iustifi
cationes tuas. Tunc non confundar cum
prospexero in omnibus mandatis tu is.